

Sigismundus primus rex Poloniarum,
Senatui Gallie.

25

Spectabiles sinare nobis dilecti, Subiecti nostri cives Gedanenses terre Prussie, habent apud serenissimum et christianissimum dominum Franciscum Francorum regem, tum apud magnificos et prudentissimos parlamenti presides actionem quandam ob interceptam et occupatam unam onerariam navem eorum mercibus referentam, ab gentibus illius regni. Quod tametsi iam ante plures annos factum esse constat, puta anno salutis millesimo quingentesimo decimoquarto; tamen solutionem talis navis et mercium, ipsi cives nostri usque in hanc diem consecuti non sunt, quamvis etiam talis navis interceptores et occupatores, per iudicium parlamenti, in duodecim millibus et quadringentis (a) nummis aureis, quos coronatos vocant, dominis dicta navis et mercium persolvendis, condemnati essent. Idem cives nostri existimant hoc negotium suum, in Francia per facile expeditum iri, si vos eos in eo, consilio et auctoritate vestra iuveritis. Quod quo maiori benevolentia fueritis, arbitrantur plurimum conducere, si eos, causamque eorum vobis per literas nostras

(a) w listach do Krola i do parlamentu pisanych, nie czteryta com: ale czterdziestu. Musi byc omylka w tym, lub w tamtych.

1521
commendaremur. Itaque commendamus vobis
eos, causamque eorum, cupientes ut ad
consequendum, quod eis per sententiam par-
lamenti adiudicatum, auctores et adiutores
sitis, a nobis vicissim favorem et nostrum
et benevolentiam, si olim casus tulerit,
experturi. Valet. 1521. ni fallor.